



Catalogus disert.

1. do. Aug. Ernests
  1. de fide historica.
  2. de difficultibus Novi T. recte interprætandis.
  3. de templo Herodis N.
  4. de vanitate philosophantium eloqua.
  5. de vestigiis lingua hebreica in lingua grecis.
  6. de Theologie historica & dogmatica coniungendæ necessitate.
  7. de libertate iudicandi in causa religione.
  8. de doni linguarum natura ad illustr. 160. XVII.
  9. de operis pastorum ecclæstium et heretorum ad Ep. I. 10.
2. D. J. S. Semler
  10. de liberali doctoris S. I. provincia
  11. M. P. F. Grauer
    11. de ut Christus imago dei innervibilitate, ad 2. Cor. IV. 4. Colos. II. 15. Hebr. I. 3.
    12. Spiritus apostolorum Jesu Christi magister arguit mundum ad Ioh. xii. 8 - 11.
    13. Jesus Christus, quam in contentum est, ad dicti legislator nouus perficit.
  14. F. E. Hieberitz.
    14. de iis qui primicias spiritus accepérunt ad Rom. VIII. 2. 2.
    15. Explicatio capítuli Ad. Paul. ep. ad Rom.
    16. Sigm. vac. Raumgarten.
    16. de exspectatione ab hominibus in secula non obtinenda.
    17. obit. ad illustrationem N. T. ex profectis.
  18. C. A. Wederlein
    18. de vero usq; atque abusa rationis humanae in rebus divinis.
  7. D. Gottf. Löff.
    19. de doni linguarum indeole
    20. de filio hominis
    21. Sententia iudaorum de messia & de Euro ejus regno.
  8. Franc. Volckmar Reinhard
    22. utrum de audictum de miraculis requiriatur inveniatur nature accurata cognitio. q. c. 14. sc. Wernsdorf.
    23. de amen liturgico.
    24. iudicium de nonnullis dubitationibus contra rel. Christi.
  10. J. Boni. Koppe
    25. quicq; sit & existens tros Episcopales et quis est Rector 2 Thes. II. 3 - 13.
    11. M. L. C. Locher
      26. Vindicia iustitia diuina in morte Annae ad Etat. I. 1 - 11.
    12. F. Andre. Stroth.
      27. de vera ueritate 1 Pet. IV. 3.
    13. D. C. C. Tittmann
      28. Jesus deus ex seruatis in ev. Joann. de monstratu.
    14. D. C. G. Robert.
      29. causa belli Ieronimiti aduersus lanae genti. Recensunt multa.
    15. C. D. Pecor.
      30. specimen historie bibliothecarum alexandrinarum.
    16. C. L. Gerling
      31. doctrina de summa atq; ultima Iesu Christi dignitate.

Görlau.  
Nr. 129.  
2.

*24.*  
ERNESTI FRIDER. WERNSDORFII

TH. D. ET P. P. ORDINIS SVI SENIORIS ET H. T. DECANI

I V D I C I V M      *27*  
DE NONVLLIS DVBITATIONIBVS  
CONTRA RELIGIONEM CHRISTIANAM  
NVPER AB ANONYMO QVODAM PER LITTERAS  
SIBI PROPOSITIS  
IPSIS SOLLEMNIBVS PENTECOST. SACRIS

AN. M D C C L X X V I I I

EXHIBITVM



---

VITEMBERGAE  
LITTERIS CAROLI CHRISTIANI DÜRRII

45

BRUNELLA TITELDUS WISSENSCHAFTLICHE

WERK STABER CHURCH 1741 PUBLIQUIS ET DEDICATIS

YADICAM

DE NONNAPOLIS DUBITATIONIBUS

COTTINUS RUMMIGERIUS CHRISTIANVS

INVERNAVANIAE QUDAM EX INTELL

ETIOTIS

MENS SOCILLEMINIBUS SENTENTIOSIS SVCINI

AN 1741

ANNO 1741

ETIOTIS COTTINUS CHRISTIANVS

IVDICIVM  
DE NONNVLLIS DVBITATIONIBVS CONTRA  
RELIGIONEM CHRISTIANAM,  
VNPER AB ANONYMO QVODAM PER LITTERAS PROPOSITIS.

**A**nnus est, et eo amplius, quum e regione transrhennana <sup>1)</sup> missa est ad nos ab Anonymo quodam epistola, in qua is nonnullas de religione christiana dubitationes proposuit, petitas illas maxime ex philosophorum placitis de mundorum pluralitate.

Admixta erant alia, quae satis proderent, illum pro sae-  
culi uitio, nihil ex sacris libris admittendum censere, quod non  
ratio clare perspiciat, et facili negotio comprehendat. Quo au-  
tem ipsius dubitationum fons et origo melius perspicere-  
tur, ingenium suum descripsit, et quam studiorum rationem pri-

A 2                          mum

17) Id coniicio ex eo, quod in Epistola fine scribit ANONYMVS, ut responsio mittatur WORMATIAM ad mercatorum quandam, nomine Schülerum, cum epigraphis: ad Autorem epistolae, data die XXXIII, Ian. an. 1778. Casterum illa nominis loco tria signa cruciculae adpinxit.

## 4 IUDICIVM DE NONVLLIS DVBTATIONIEBV

mum adolescens, deinde vir sequurus esset, exposuit.<sup>2)</sup> Neque tamen id fecit ea perspicuitate, ut non excitandus publice fuerit, daret se proprius cognoscendum<sup>3).</sup> Sed ille ad hunc usque diem tacuit, atque adeo ipse in causa fuit, ut ei non dum potuerit hinc responderi. Quum igitur ob dilatum responsum alii, nescio quid, opinari coeperint, de illius objectionum gravitate ac difficultate: horum causa voluimus, hac data scribendi opportunitate, illas ex ipsius epistola, quae Germanice scripta est, excerptas, Latino sermone proponere, atque ad eas breuiter omnino respondere.

Sic ergo ratiocinatur Epistolographus: *Biennio postquam Vol-  
tarii Dictionarium cognoueram, quum tempore nocturno caelum serenum  
contemplarer, in mentem uenit mihi ciuitatis innocentium hominum, &  
Wielandio fictae<sup>4).</sup> Quid, loquebar ipse mecum, annos uidetur haec  
fictio esse uera? Extra hunc mundum, in quo tu uiuis, mille sunt alii.  
Naturas creatas oportet in iis esse, naturas mente ac uoluntate praeditas,  
naturas cogitationibus animum agitantes, alias praestantiores et amplio-  
ribus*

<sup>2)</sup> Faretur enim se adolescentem in eorum habitum esse numero, qui nomen accepérunt ab affectata pietate, atque adeo legitasse Arndii Hortulum Paradisacum: pro eo autem libro deinceps legere instituisse Dictionarium portabile Voltarianum, et scriptiunculam q. andam Schmausnain, item Wiliandiana opera ingeniosa. Haec studiorum eius ratio sane laudabilis non est: ita oportet notiones confusas existere. Nam illud scriptum adolescentem legere, haec virum factum, non satis conueniens est, nec ea uia

quisquam evadet bonus Theologus. Miratus nuper sum legens scriptum praeterito anno Zülichauise editum, quo Theologus quidam academicus cruda studia sua theologica in publicum protrudere coepit, inscriptum illud: *Cajetan philosophiae Systema Glück-  
seligkeitsschre des Christenthums für die Bedürfnisse seiner aufgeklärten Landesleute und anderer, die nach Weisheit fragen.* Dicas neotericum hunc reformatorem e Socini schola prodidisse. Num eo in libro, doctrina christiana de peccato primo, de poeniten-  
tia,

ribus facultatibus ornatas, alias fortasse minus praestantes, quam nos. Oporiet homines illos esse aut perfecta uirtute, aut similiter etiam ipsos lapsos. Num putabis, homines omnium caeterorum mundorum eos esse, qui non pudore confundant? Num credere licebit, ex tot millibus mundorum nostri huius unius impietatem in Deum rebellasse? Quam non verisimile hoc est! Ergo ex omnibus tot numero mundis, certe diuorum, similis erit nostrae conditio. Violarunt, et quotidie adhuc violent nomen divinum. Debet igitur etiam ipsis Deus reconciliari. At quis Deum illis reconciliabit? An ipsis eum reconciliabunt sibi? At quare dictum est nobis, placari ab homine Deum non posse? Igitur etiam illi mediatorem habeant oportet. Hic mediator quis potest alias esse, quam idem noster? Itaque Christus etiam illis hominibus reconciliat patrem suum. Audio. Sed non absque sanguinis fusione datur uenia. Christus igitur etiam pro uno uel diuobus aliis mundis peccatoribus mortuus est, et in iis eandem, quam apud nos sortem subiit. Ergo Christus natus est semel, iterum, tertio, nunc in hoc nostro mundo, nunc in altero, nunc in tertio, mortuusque totidem uicibus est. At hoc defendere mihi plane uidetur absurdum esse<sup>5)</sup>.

## A 3

## Huius

tia, de satisfactione Christi meritorio, uel exploditur et excutitur, uel ad scholasticas rugas relegatur. Sed mirari desino. Theologus ille uitam suam in limine libelli narravit: studiorum simillimam tenuit rationem, quam Epistolographus noster, uix ut ouum uno notandum putauit. Ven. SEILERVS in Commissarii Gemeinnützige Betrachtung, üb. d. neuem. Schrift. an. 1778 p. 385. Beylage 13. nec alium ex eiusmodi

<sup>3)</sup> Factum hoc est in Wittenb. gel. Zeit. f. Nachrichten von neuen Schriften an. 1778. p. 112.

<sup>4)</sup> Geschichte von einer Welt unschuldiger Menschen. Opp. Turici 1763. edit. T. I.

<sup>5)</sup> Quo rectius omnia cognoscantur, adscribamus Anonymi uerba ipsa Theotistica: Außer der Welt in welcher du lebst, gibt es noch tausend andere. Es müssen Geschöpfe daraus seyn, Geschöpfe mit Verstand und Willen begabt, denkende Geschöpfe, einige feiner geschaffen, und mit einer weitern Seele geziert,

Huius ratiocinationis principium et quasi fundamentum illud est, non esse uerisimile, homines caeterorum omnium mundorum pietatem semper coluisse, nosque solos in Deum rebellasse. Sed quid tandem est, quare uerisimile non sit, ex tot mille mundis nostrum hunc solum esse, qui si prolapsus in impietatem? \*) Rebellio nostri mundi in Deum, factum historicum est, certum illud propter Mosaicam narrationem \*), contra quod non potest ingeniosis fictionibus disputari. Num licet dicere, uerisimile non esse, a

Romano

geziert, andere vielleicht weniger als wir. Sie müssen entweder ganz tugendhafte Menschen seyn, oder sie sind auch gefallen. Soll ich glauben, daß alle andere Menschen anderer Weltenkörper uns beschämen? Soll ich annehmen, daß von zehntaufend Welten nur die unfrige gegen Gott rebellisch ist? Wie unwahrcheinlich! Also sind unter den zehntaufend Welten — ich will nur sagen zwey — in gleichen Umständen mit uns. Sie haben Gott beleidigt; sie beleidigen ihn täglich; sie müssen also auch mit ihm ausgeführt werden. Wer föhnet sie mit Gott aus? Sie sich selbst? Aber warum sagt man denn uns: der Mensch könnte Gott nicht verlönen? Also müssen sie auch einen Mittler haben! Wer kann der Mittler anders seyn als der unfrige? Mithin soehnt Christus auch jene Menschen mit seinem Vater aus! Gut! Aber ohne Blutvergießen geschieht keine Vergabeung. — Christus ist also auch für eine, zwey andere sündige Welten gestorben, und hat in jenen eben die Schicksale gehabt, wie bey uns. Christus ist daher einzwey-dreymal gebohren worden, jetzt

in unferer Welt, dann in der zweyten, dann in der dritten, und ist auch einzwey-dreymal gestorben. Und das zu behaupten, M. H. scheint mir ganz abjurd. Und doch flehsen, so viel ich einsehe, alle obige Folgen richtig auseinander. Mithin muß man annehmen. Entweder ohne Blutvergießen geschehe Vergabeung, und den andern sündigen Menschen verzeige Gott ohne das Blut Christi. Das wäre aber wieder die Stelle in der Epistel an die Hebräer, und man könnte immer alsdenn fragen: Was wars denn in unfern Planeten gerade nöthig, daß Gottes Sohn kommen und sterben müsse? Hätte Gott uns nicht auch ohne blutige Verföhnungsmittel verzeihen können? Oder es geschehe keine Vergabeung ohne Blutvergießen. Weisen Blut sollte alsdenn für die andern Planeten vergolten worden seyn? Nach dem ganzen System der christl. Religion konnte keins eine so hohe Wirkung haben, als des Gottmenschen. Mithin käme heraus Christus hätte von Planet zu Planet wandern müssen, um allezeit eben dasselbe zu leiden, und eben die Rolle, wenn ich mich so ausdrücken

Romano imperio, cuius tantae opes fuerint, duntaxat unam eversam esse Carthaginem? Aut num licet singere duas, tres Carthagines, et Scipionis Africani res gestas ad eundem numerum iteratas. Deum ipsum, ductorem et imperatorem Israelitarum, qui sunt, fuerunt et futuri sunt potentissimum, haud uerisimile esse contentum parua illa Palaestinae terra, plures occupandas iisdem et possidendas dedisse. Deinde aliud est probabilis fictio, aliud uera historia. Non igitur, si quid probabiliter singi potest, id

etiam

cken darf, öfters zu spielen. Ist aber das ein der Gottheit anständiger Gedanke.

6) Rechte 10. GVST. REINBEK P. I.  
der Betracht, über die Augsp. Confess. p. 261. scribit. Muß man sich denn nothwendig einbilden, daß, wenn auf andern Weltkugeln verhüntige Creaturen seyn sollten, dieselben auch mitsitten gefallen seyn. Kann denn keine verhüntige Creatur ohne Sündenfall bleiben. Wir weissen ja das Wider-

spiel an den h. Engeln.

7) Mane ea antiquissimum monumentum historicum, etiam si uera esset egregia illa fabula, primum, ni fallo, ab homine Gallo, nōus inventio-  
nis pro ingenio nationis diuite, prola-  
ta, et ab imitatoribus Germanis suauiter deinceps exornata: Genesios nimis  
priora capita consarcinata esse a Moše ex fragmentis quibusdam poeti-  
cis, tum sat inter Israelitas celebratis.  
Antiquissima quidem historia eiusmodi  
olim carminibus continebatur: sed ideo  
Mofaicam narrationem; de creatione  
mundi et de peccato primo, putare poe-  
ticam uel allegoricam, ujet Historici,  
eius maxime, qui rem primus narrat,

prima uirtus, ut res gestas commemo-  
rer sine obfusis et incertis uerborum  
inuolucris aut fictis imaginibus, que  
omnia poeticis magis decoris fabulis  
forent, quam incorruptis rerum gestarum  
monumentis, iisdemque ad religio-  
nem spectantibus. Sane Deus, qui in tradenda religione se ad ingenium  
hominis, quod natura in historiam fer-  
tur, adcommodauit, noluit historiam  
hanc ita consignari, ut falsis fictisque  
imaginibus delusi homines, sensum in-  
certum et ambiguum, vix omni adhi-  
bita opera extricare, sed legerre omnia  
de plano et intelligere posint. Per-  
placuit igitur, quae nouissime scriptis  
Vener. Ecclesiarum Franco. Senior  
MOSCHE Part. V. des Bibelfreundes  
süb initium. Moše schreibt als Ge-  
schichtschreiber, daher ist er auch als  
Geschichtschreiber, nicht aber als Poet  
und Allegorist zu erklären, aber da er  
für ein Volk schrieb, welches die Na-  
turmunde nicht verstand, so schrieb er  
auch die Schöpfung der Welt, nicht nach  
einem dem Israelitischen Volke eben so  
unbekannten als unbegreiflichen physi-  
kalischen System, sondern so, wie es sei-  
nen Lefern fäßlich war.

etiam historice uerum erit. Plane rationis leges migrat, qui ex eo, quod potuit aliquid fieri, colligit factum id esse. Atqui peccatum hoc est Epistolographi. Nam totius obiectionis fundatum non historici facti nititur ueritate, sed mera quadam rei commentitiae possibilitate. Quare uix digna est, quae serio a nobis refellatur, obiectio<sup>8)</sup>. Quoniam tamen speciem argumenti habet, impugnantis ueritatem religionis christianaæ, age, quid amplius contradici possit, uideamus.

Primo Epistolographum in uocabulo *mundi* ludere arguas. Triplex eius uocabuli significatio est. Significat enim et hoc totum adspectabile Vniuersum, et singula systemata solaria, planetis quotquot circa medium sidus lucens perpetuo cursu euntibus, et hunc nostrum Orbem terræ. Postrema significatione mundum solent dicere scriptores divini, et veteris ecclesiæ doctores, tum Graecæ tum Latinae<sup>9)</sup>, ac per metonymiam pro genere humano et rebus humanis usurpant. Quum ergo historia sacra mundum peccasse tradit, hoc docet, nos homines incolas huius

<sup>8)</sup> Neque eo minus tamen iniustam Anonymus eam putat. Scribit enim. Ich bekenne es aufrichtig, ich sehe nicht ein, was wohltarauf geantwortet werden könnte, und wie die ganze Verwicklung des Zweifels kann aufgelöst werden. Die Mehrheit der Welten, und mithin der Geschöpfe darauf, und zwar denkender, handelnder, mithin gut oder böse handelnder Geschöpfe, kann nicht wohl geleugnet werden. Denn wozu Welten ohne vernünftige und handelnsfähige Geschöpfe? Dieser

Orbis  
Satz ist also in der Naturlehre ausgemacht. Die fernern Sätze fließen aus Schriftstellen, und sind Grundwahrheiten der christl. Religion: daß ständige Menschen mit Gott ausgefüllt werden müssen, daß sie niemand ausführen kann, als ein Mittler: daß niemand Mittler seyn kann als ein Gottmensch; daß dieser Gottmensch nicht anders aussehen kann, als durch Vergießung seines Blutes, und daß also auf diese Art die Metempsychose nichts ungerichtet mehr ist. Und wenn es auch

orbis peccasse: de caeterorum orbium incolis tacet. Nam, quod mentionem facit etiam spirituum peccatorum, eam rem hoc non pertinere manifestum est.

Quodsi Epistolographus mundum hac postrema significatione ipse quoque dixit, ut sane debuit, si quid voluit dicere, quod sensum haberet: argumentationis eius uis et sententia haec est: Quidquid est et sit in hoc terrae globo, quem nos incolimus, id etiam in caeteris orbibus Vniuersi huius est et sit. En igitur in Ioue, in Saturno, etiam Alexander M. Cicero, Turcae, de terris Bauaricis lis est, et nouissimum Americanorum in Britannum perfidia scelus, aliis quoque in orbibus, stimulante Gallo perpetratur. Immo haud scias, an in orbe aliquo eorum, qui ambient stellam in Vrsae majoris rictu obscure lucentem, aliquis hodie legat Arndii Hortolum paradisiacum, aut Wilandii scriptum aliquod, et moueat de ueritate religionis christianaे dubitationes.

Fal-

auch nichts ungereimtes wäre, daß Christus in mehreren Planeten leiden und sterben könnte, wo kommt aber der verklärte und zur Rechten des Vaters sitzende Christus hin, indeß ein anderer Körper von ihm in einen andern Planeten lebt und stirbt? Oder bleibt der eine im Stande der Erhöhung, in der Zeit der andere im Stande der Erniedrigung herumwandelt.

<sup>8)</sup> Non tamen omnes Reprehendit HIERONYMVS Origenem ob innumerabiles mundos introductos 1. in

Ruffin. Et PHILASTRIVS de Haeretibus cap. 1:3. Alia, inquit, est haeresis, quae dicit mundos esse infinitos et innumerabiles, secundum Philosophorum quorundam incunam sententiam, quam Scriptura mundum unum dixerit, et de uno docuerit. Ad que verba recte adnotauit, qui Philastriū edidit, FABRICIVS p. 233. Unius caeli et unius terrae Genes. I, 1. facit mentionem: ex quo tamen nequitquam protari potest, astra nullis habitari incolis.

B

Falsum omnino est, in aliis quoque orbibus caelestibus humanum genus esse. Homines enim sunt natura animantes, rationis participes, ab Adamo tanquam ex communi stirpe originem ducentes. Licet sint in aliis orbibus rationabiles naturae: at homines <sup>10)</sup> quidem nullo prorsus pacto erunt. Qui ergo fieri potest, ut, quod in genere humano factum est, et ad id solum pertinet, dicatur etiam in aliis naturarum generibus, plane ab humano diuersis, eadem ratione fieri debuisse ac factum esse? Citius dixeris, Homeri Batrachomyomachiam non esse carmen de re poetice facta, sed unum ex praecipuis et maxime necessariis libris ad historiam catholicam pertinentibus.

Iam quod ab Anonymo ex D. Paulli ad Hebreos epistola VIII, 22. usurpatur, non absque sanguinis fusione dari ueniam: id proprium est huius orbis, nec potest in aliis orbibus locum habere. Sanguis enim hominum duntaxat et caeterorum animalium huius nostri orbis, uitam continet. Ac ne animalia quidem orbis nostri habent omnia sanguinem, et tamen uiuunt. Qui sanguis dicitur insectorum, non ita dicitur nisi *καὶ αὐλογίαν*, siue per comparationem. Ut ergo interim largiamur, necessariam fuisse in aliis quoque orbibus expiationem: quoniam ibi alia naturarum genera uiuunt, non humanum, ea expiatio non potuit

<sup>10)</sup> Qui de pluralitate mundorum eorumque habitabilium philosophati sunt, ut FONTELLIVS in Dialogo sur la pluralité des mondes, NIC. ENGELBRECHT diss. de pluralitate orbium habitabilium, Duisb. 1726, L. G. FORRIGER de possibiliate pluralita-

tis mundorum Viteb. 1704, u. CAR. GÜNTHER. LVDOVICI HJF. Philof. Wolf. P. II. p. 358: et P. III. p. 393. si statuerint, quidem orbis illas a rationalibus naturae incoli et habitari: sed non in tam foedum errore ablati sunt, ut dicentes esse illic homines, et eos

tuit fieri per sanguinis fusionem, sed utique alias modi esse debuit. Minime igitur, quod Epistolographus colligit, sequitur, iterationem factam esse in aliis orbibus incarnationis et mortis Iesu Christi.

Sed neque hoc illum satis reple intelligere dixerim, quid sit reconciliatio Dei. Deum reconciliare, est certas quasdam suscipere actiones, quibus diuinæ sanctitati, quae uiolata est, satisfit, ne quid impedimento sit, quo minus pro sua Deus bonitate benefaciat. Nisi ergo, quid fieri postulet sanctitas diuina, testimonio certo cognitum habeas, de reconciliatione Dei ne uerbum quidem facere poteris. Iam ea diuini arbitrii libertas est, ut maximam possint hae sanctitatis postulationes habere uarietatem<sup>11)</sup>. Quam uariae autem illae, tam uarius potest esse modus, quo suae bonitatis et sanctitatis Deus fieri uelit temperationem: quae a nobis reconciliatio dicitur. Ecquis demonstrare audebit, oportere a Deo ubique illum eundem teneri modum, quo usus est pro loci natura in hoc terrae orbe? Quis enim Domini mentem nouit? aut quis in consilium ab eo fuit adhibitus?

Etiam illud minus proprie ac uere dictum est, *Wir sind mit Gott verjöhnt: dicendum omnino erat, Gott ist uns versöhnt.* Nam

B 2

si

**REINBECKVM** c. l. P. l. p. 257.  
eos peccatores, quibus redemptore ac  
sospitatore opus esset; immo illi eos,  
qui talia somnarent, qui sane inter-  
dum fuerunt, ne dignos quidem arbit-  
rati sunt esse, in quibus refellendis  
operam suam occuparent. Vide b.

<sup>11)</sup> Docui hoc in Progr. quo iudicium exhibui de libello contra aetatis nostrae conatus emendandi theologiam dogm. a. 1775. P. P. pag. 9. ubi etiam laudavi sensu Ven. ERNESTI libellum vindiciar. arbitrii diuini in constituenda religione.

si dicas, *hominem cum Deo*, aut *Deum cum hominibus reconciliatum esse*, haec oratio significabit, rediisse utramque partem cum altera in gratiam, et homines cum Deo, et Deum cum hominibus. Quis autem Deum in gratiam apud homines restitutum dixerit? aut, quod idem est, homines Deo reconciliatos esse? Deus est apud quem in gratiam sunt homines restituti: Deus hominibus reconciliatus est. Nam inter homines ad Dei gratiam omnia referenda sunt, quandoquidem is unus orbis, cuius nos incolae sumus, modo ad gratiam Dei spectat, reliqui orbes huius Vniuersitatis pertinent ad infinitam Dei potentiam cognoscendam et demonstrandam.

Quae praeter ea sunt admixtae ab Epistolographo aliae positiones, quarum demonstratio danda erat, si dari potuisset, eae satis arguunt, ipsum corruptae sua rationis culpam in Deum uelle transferre, neque probandum et admittendum ex sacris libris quidquam putare, quod non ratione perspici et comprehendi queat<sup>12)</sup>). Sic enim scribit: *Ego uero puto, nec mihi hanc eximi patiar opinionem, consilium Dei primarium ab homine oportere comprehendendi posse. Vulgo Theologi dicunt, rationem sub obsequium fidei captiuam esse duendam. At ego non quo credere, si quid non perspexi: neque puto, Deum nobis haud tantum intelligentiae concessisse, ut ipsius confilia*

<sup>12)</sup> Totam peruersae huius opinionis scenam feliciter illuminauit S. Vener. IO. AVG. NOESSELT inuitata eruditione atque enim praestantia Theologus in aureo libro pro ueritate et diuitiis religionis christ. pag. 399. et 403.

<sup>13)</sup> Ich glaube doch einmal für alle mal, der Mensch muß den Hauptplan Gottes begreifen können. Ein gewöhnlicher Theologe würde mir vielleicht sagen, ich sollte die Vernunft unter den Gehorfern des Glaubens gefangen nehmen: ich kann aber nichts glauben, was

*confilia de nobis generatim atque uniuerso cognoscere possumus. An uero dedit nobis facultatem eius ueri comprehendendi, quod est in rebus Physicis et Mathematicis: non etiam eius ipsius ueri, quod cognouisse maximi nostra interest, quod est in rebus ad religionem spectantibus?* <sup>13)</sup>

Bone Deus! Ergone ad religionis doctrinam ullo modo spectat notitia de habitatoribus planetarum? Dicis primarium Dei consilium oportere ab hominibus comprehendendi posse. Quid est primarium Dei consilium? Quid est comprehendere? Si rem ad viuum ressecare volumus, nihil dicis aliud, nisi te putare hominem debere intelligentia et scientia Deum esse. Quasi uero id fieri possit. Nempe confunditur hic rursus ab Epistolographo intelligere et comprehendere. Loca sacrorum librorum, in quibus primarium Dei consilium indicatur, duo praecipua sunt, quae habentur in CARMIN. DAVID. XVIII, 2. atque in PAVLLI Ap. II. AD TIMOTH. I, 9. plana illa et ualde perspicua. Nempe religionis doctrina suis propriis principiis nititur, quae sunt decreta diuina, et leges cosmologicae uniuersales. Haec principia negligere, atque alias hypotheses eorum loco adsumere, nihil aliud est, nisi quod in PAVLLI Epist. ad COLOSS. II, 4. dicitur, παρελογιζεσθαι εν πιθανοlogiis. Certe nibilo foret stultior, qui Codicem Legum Saxoniarum interpretari uellet ex regulis Taetices

B 3

uel

*was ich nicht einsehe, und ich denke nicht, daß uns Gott nicht so viel Verstand gegeben haben sollte, daß wir seine Absichten mit uns im Gauzen erkennen könnten. Oder hat er uns Verstand gegeben, um Wahrheiten in der Physik und Mathematik zu begreifen,*

*nur gerade diejenigen Wahrheiten nicht, in deren Erkenntnis uns am meisten gelegen ist? Die Wahrheiten der Religion? Dies führt nun freylich zu Unglauben an den Mysterien der christl. Religion.*

uel Hydraulices. Principia illa Theologica vocantur IESAIÆ cap. XXVI, 3. סְמֻךָ רַיֵּן et DAVID. PSALM. XI, 3. coll. LXXXII, 5, תְּחִזְקָה וְאַרְצָה et מִזְכָּרָה. Primae notiones, quae de qualitate morali naturarum intelligentium aduersus Deum relatrum, formari debent, hae sunt, naturas illas esse arbitrii libertate praeditas, et ut peccatrices in gratiam restituendas esse apud Deum, salua eius sanctitate. Iam quum uoluerit Deus beatitudinem suam etiam aliis naturis impertiri, non potuerunt illae huius beatitudinis aliter fieri participes, quam virtutum diuinorum cognoscenda perfectione. Itaque Deus condidit mundum, ex cuius opificio licet virtutes ipsius tanquam aspectu percipere DAVID. PSALM. XVIII, 2. PAVLLI Epist. ad ROM. I, 19, 20. Sed quoniam species aliqua naturarum intelligentium, quod est genus humanum, propter mali admissionem debuit fieri documentum sempiternum iustitiae diuinae, quae ipsa est sanctitas Dei ad hunc mundum applicata; modum et rationem Deus proposuit hominibus reconciliationis gratiae suae. Hoc tangit PAVLVUS Apostolus in altera ep. ad TIMOTH. I, 9. Et eadem res exponitur ac tractatur in sacris libris πολυμεγῶς καὶ πολυτέρως. Deum enim ostendunt esse miseratorem, auxiliatorem, propitiatorem, solitatem

<sup>14)</sup> Spectat hoc ad Historiam theologicam biblicam, quod breuiter et accurate ostendit IOACH. OPORINVS in catena Messianorum uaticiniorum. Goetting. ed.

<sup>15)</sup> Hinc sapienter ait Reuer. Abbas IERUSALEMVS in Meditatt. de religione uera. P. 2. p. 144. „Philosophi sunt, rerum rationes, in quantum datur, inquirere. Sed hoc eius officium terminis circumscriptum est, ultimum

spitatorem<sup>14)</sup>). Hi sunt finis illi, citra quos consultit uerus Philosophus: nec ratio, quae illos migrat, ratio est<sup>15)</sup>.

Omnino solet nemo Philosophis minutis<sup>16)</sup> libentius iactare comprehensionem, et eam rei cuiusque uniuersae. Tanquam si consilium Dei modo ad hanc temporariae uitae breuitatem porrigeretur. *"Agri γνώσιν ἐν μέρες,* inquit PAVLVS Apostolus 1. ad CORINTH. XIII, 12. *τότε δὲ ἐπιγνώσομαι καθὼς καὶ ἐπεγνώσην.* Homo se ipsum non satis nouit: et illi uolunt Dei consilia de humano genere adsequi et comprehendere, qui ne ut ea quidem intelligerent, quae ingenium hominis capere potest, unquam serio studium et operam adhibuerunt.

Quod si vulgares Theologi iubent rationem sub fidei obsequium captiuam duci: tanto iudicio loquuntur, ut nullus insitata doctrina atque animi praestantia Theologus aliam sententiam ferre queat. Nihil enim aliud uolunt, nisi nos agnoscere debere, humanam rationem finitam et suis terminis esse circumscriptam. An, quæsio, id stulte ac fatue dictum est, quod ludibrio haberi debeat?

Age, quoniam Epistolographus nihil vult credere, nisi quod perspexerit et comprehenderit: an perspicere et comprehendere

*"tra quos licet non amplius agere Philosophum: ultra quos uera philosophia est definire philosophari. Qui extra eos terminos egredi audet, eius ratio in cassum laborabit."*

<sup>16)</sup> Nequaquam minutus ac vere

magnus Philosophus, BACO de Augustin. scientiar. p. 6. Certissimum est, inquit, atque *"experiencia comprobatum leues gustus in Philosophia fortasse mouere ad stultitiam, sed pliores haustus ad religionemducere."*

hendere potuit caussam et rationem cur omnia caelestia corpora, sint forma globosa et rotunda, non quadrata, aut aliter angulata? cur homo quinque tantum sensus habeat, non uirgini? Suam ipse animam ignorat, quid sit, quomodo sit orta uel propagata<sup>17)</sup>. Nisi forte sibimet ipse fidem non habet, neque se reuera esse atque agere credit, neque adeo purat se animam esse ad spem aeternitatis creatam, et a Christo redemptore seruatam. Pedem nusquam ponere licet, ut non res credere necesse sit, quae non queat mens humana perspicere atque comprehendere.

Multa sibi uidetur Epistolographus comprehendisse in rebus Physicis et Mathematicis. Atqui nihil aliud in his rebus comprehendens, nisi quasdam superficies, ut pridem a Berkelio est demonstratum. Omnia sunt in Physicis et Mathematicis plena miraculorum et mysteriorum<sup>18)</sup>. Astronomi cernunt in Saturno quasi quasdam ansas, modo apertas, modo arctatas, modo in globulos, modo in unam lineam coactas. Eas species effici credunt annulo quodam Saturnum ambiente. Sed annulus ille cu-

iusmodi

<sup>17)</sup> Quanta ignorantia laboremus nostrae ipsius animae, quantum caliginis eam a se ipsa cognoscenda prohibeat, placere docuit Ven. senex Goetting. Philosophus SAM. CHR. HOLLMANN aliquot dissentit, primum Vitеб. vulgaris, deinceps uno volumine comprehensis er Gottingae 1750 editis: *De stupendo naturae mysterio: Anima humana sibi ipsi ignota.* CICERO, enigmatis de anima pluribus sententias, dubius atque anceps, harum sententiarum, inquit, quae uero sit, Deus ali-

quis uiderit: quae uerissimilla, magna qualiter sit. Quasi. Tusc. I. 11.

Et qui ex Recentioribus animism defini uoluerant, nugas inaneas egereunt. Pauci enim sunt, qui de rebus diuinis loquuntur, qui tantum didicerint, ut in contemplanda natura Boerhaauis, Halleros, Linneos imitari queant. Etiam in corpore nostro, et singulis eius partibus, multa sunt, quae ignoremus.

Quom igitur quotidie nostris ipsorum in rebus experiamur, stultum esse, id

iusmodi sit, cuius materiae, unde lucem ducat suam, nemo Astronomorum adhuc potuit, nec fortasse in posterum quisquam poterit explicare. Quid igitur est, quod, quum rerum Physicarum et Mathematicarum tot sint miracula et mysteria, non possint etiam in rebus ad religionem pertinentibus mysteria tria vel quatuor locum habere? Omnia eo redeunt, ut magis discamus, quantum discrimen sit inter has duas res, inter *philosophari* et *argutari* super doctrina religionis. Philosophari super illa, est eas res, quas gestas narrat et credi iubet Scriptura sacra, comparare et contendere cum rebus iis, quas aliunde cognitas habemus; ac demonstrare, nihil in illis esse, quod non auctor conueniat liquidae veritati, aut repugnantia omni uacer. Sic philosophatur magna perspicuitate PAVLLVS I. ad CORINTH. XV, 36. super mortuorum resurrectione. Sic discipulos Iohannis Baptiste uult Christus experientia oculorum et aurium innui, MATTH. XI, 4.<sup>19)</sup>

Haec philosophandi ratio necessaria est in rebus ad religionem pertinentibus, ut aduersarii discant, nihil in doctrina chri-

stiana  
id non credere, quod non poteris  
mente comprehendere: qui fieri potest,  
ut ea ratio ad explicandas res, quae sunt  
extra huius mundi terminos posse,  
utiliter adhibeantur? Principium de-  
rum hoc erat: Quae non intelligo, ea  
non credo. Sed hinc sequitur illud:  
Tolle et lege.

<sup>18)</sup> Docuit hoc in primis HERM.  
DOERHAUVE s. monere academico de  
comparando Certo in physicis Lugd.  
Bat. 1715. ubi pag. 30. explicat miram,

et abstruse artis plenam, capillorum  
humani capitis fabricationem.

<sup>19)</sup> Omnem Philosophiem sensibus,  
tanquam fundamento nisi, offendit  
IAC. BRATTINVS in Commentar. de  
natura et immutabilitate veritatis,  
quatenus contraria est argumentationibus  
et scepticismo, qui libellus ex Anglico  
in Germanicum translatus, prodidit Haf-  
niae 1772. p. 52. Et quoties non scri-  
beri nos habentur, ut ratione ac mea-  
tis agitatione utemur?

C

stiana esse, quod habeat ullam repugnantiam, et illa principia esse orta ex notionibus minus plenis, vel ex definitionibus per surreptionem formatis, quae ab aduersariis tanquam uera principia philosophica ponuntur, ut principium illud ab *Epistolographo* positum, omnes intelligentes naturas in caeteris mundi orbibus esse homines.

Sin autem illud philosophari esse dicis, modum et rationem possibilitatis inuestigare, vel quaedam postulata moralia sumere, ad quae religionis doctrinam exigas: manca et falsa est notio tua, maximeque inutilis ad constituendos fidei ac philosophiae fines, et ad capita religionis demonstranda<sup>20</sup>).

Qui ergo de rebus theologicis uult disputare, oportet eum plurima didicisse, ne temere atque imperite, quidquid in buccam uenerit, de religione pronuntier. In Epistolographo nostro desiderauimus et formam et materiam ueri ac nomine suo digni Theologi. Quid enim de religione teneat, qui legit primo scripta Mysticorum, deinde Naturalistarum et alia opera ludentis ingenii,

<sup>20</sup>) Id nouissime praecclare docuit. C. G. THALEMANNVS, iam diuus, in diff. de uitis et studio res diuinis ingenio humano accommodandi. Lips. 1774.

<sup>21</sup>) Dici non potest, quantum refert, an methodus adhibetur, et qualis. Nam qui methodum non curant ac ne-

gligunt, euadunt Mysticci aut Naturalitae: qui nimium distractam ac seueram adhibent, in via Scholasticorum incurunt. Defulsoria studiorum ratio, quem transfilitur ab uno ad aliud, gignit ingenia ieiuna et inania et volatilia. His illud semper, quod nouissime legerunt, uidetur esse verissimum. Itaque vento quolibet hue illuc agitantur. Dicas

genii, tum illa in unum commisceret, atque inde petit ueritatis christiana demonstrationem<sup>21)</sup>? Cognitiones autem, quas habet de mundo, de casu fortuito peccati, de redemtione, quam sunt rudes atque imperfectae?<sup>22)</sup>.

Sed iis nunc moribus uiuitur, ut inuolent in sacros libros et uerba eorum ad sua Philosophiae placita trahant, atque plane negligant, quae bene et sapienter praecipit Christi Apost. PAULVS Epist. ad Ephes. cap. I, 18. Immo palam fatentur se nunquam Spiritus sancti testimonium, praeter illa, quae in Codice sacro insunt diuinitatis indicia et argumenta, per omnam uitam perceperisse. Nimirum putant efficaciam uerbi diuini esse debere argumentum logicum.<sup>23)</sup>

Nemo quisquam facile in errores incideret, si uerbo diuino rite ueteretur, et id uereundo ac pio animo scrutaretur. Nam iis, qui sic agunt, Deus gratiam pollicitus est Spiritus Sancti, qui eos in omnem deducat ueritatem.

## C 2

## Huius

Dicas de illis, pascontuentum Hof. 12,  
2. Seminant uentum Hof. 8, 7. Par-  
riunt uentum Iesaiæ 26, 18. Pos-  
sident uentum Proverb. 11, 29.

<sup>22)</sup> Quilibet homo debet philoso-  
phari et se ipsum interrogare: Quid  
mihi agendum est, ut consequar aeternam  
felicitatem? Sed ut cognitionem  
hauias de sanctitatis et misericordiae

divinæ temperamento, de morte Christi, de fidei necessitate, de iustificatio-  
ne, de gratia Spiritus Sancti adiuuante,  
de ceteris eiusmodi rebus, non  
Philosophia, sed alii plane sunt fontes  
adeundi. vide Ven. ERNESTI supra  
cit. *Vindicias Disp.* 2. §. 56.

<sup>23)</sup> Vide IOH. GOTTLÖB CARPO-  
VIVM *Crit. Sacr.* pag. 86.

Huius igitur Dei S. Spiritus sollempne sacrum, quum iam celebret ecclesia et haec Academia, operam demus, HUMANISSIMI CIVES, ut compositis moribus et uero studio pietatis, non solum per hos dies, sed per omnem uitiae nostrae cursum elucescamus, ut corda nostra possint habitari a Spiritu Sancto et tota S. S. Trinitate. Agite, accedite nobiscum ad aram, et in uerbi divini ministros libenter fungimini officio liberalitatis. P. P. in Academia Vitebergensi ipsis sollemnibus sacris Pentecost. An.

MDCCCLXXVIII.



Na 32.

vd 18

ULB Halle  
005 367 468



3



24.  
ERNESTI FRIDER. WERNSI

TH. D. ET P. P. ORDINIS SVI SENIORIS ET H. T.

I V D I C I V N  
DE NONVLLIS DVBITATI  
CONTRA RELIGIONEM CHRISTIA  
NVPER AB ANONYMO QVODAM PER L  
SIBI PROPOSITIS  
IPSIS SOLLEMNIBVS PENTECOST

AN. M D C C L X X V I I I

E X H I B I T U M



VITEMBERGAE  
LITTERIS CAROLI CHRISTIANI DÜRKI

